



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XXI. D. Augustinus maximam temporis rationem habuit, ad spiritualia
lucra plurimùm intentus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

Serm. 251. querebantur: *Cogentes, inquit, Presbyterum De Temp.* ut abbreuiet *Missam*, & ad eorum libitum cantet: nec ei licet morem Ecclesiasticum sequi propter illorum gulam & auaritiam, quatenus unus punctus diei ad Dei officium, & reliquum diurnum spatiū cum nocte simul ad eorum deputetur voluptates. Nolite, fratres mei dilectissimi, hęc facere, nolite hęc facientibus consentire: quia non solum qui hęc faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, pereunt. Nolite in hominibus bibendo, nomina vestra delere de cęlo. Sunt quidem multi, quod peius est, qui non solum seipso inebriant, sed & alios cogunt & adiurant, ut amplius quam expedit bibant: & inde sepe inter eos nascuntur iurgia & homicidia. Ebriosi, ait Apostolus, & homicida regnum Dei non possebunt, &c.

2. Cor. 6.

CAPVT XXI.

D. Augustinus maximam temporis rationem habuit, ad spiritualia lucra plurimum intentus.

His omnibus quoad potuit radicitus extirpatis, bonos mores in vitiorum locum inuexit. Ut sanè sit admirandum, quemadmodum rebus à se gestis ipso hoc anno, quin imò per reliquos vitæ dies suffecerit. Sed nimirum ut temporis semper parcil-

parcissimus extitit, ita ne vel particula il- Eccles. 14.
lius sine fructu eum præteriret, prouidit. Scie-
bat enim vir sanctus, hoc totum quod hic
viuimus, nundinationis esse instar, ideoq;
dictum esse vnicuique nostrum à Domino,
Negotiamini dum venio. Mira namque (vt Lucæ 19.
enucleatiūs hoc subiiciam) animaduerti-
tur istorum hominum qui mercaturam fa-
ciunt industria, atque ij quidem nunc ven-
ditioni studiosissime intendunt, nunc decí-
dunt cum mercatoribus, nunc pecuniarum
rationes inetunt, nunc cum usurā eas exi-
gunt, nunc in tabulas accepti & dati refe-
runt: quin adeò prius cibum & potum dif-
ferunt, quam vt aliqua diei pars absque lu-
cro effluat. Vnde Persius:

*O curas hominum! ô quantum est in re-
bus inane!*

An verò non est mercatui simillima hæc
vita, in quâ vnuſquisque etiam pauperri-
mus, tamen meritorum bonorum cumu-
lo, vt Crœsus quispiam, aut Salomon cum
omni gloriâ suâ, potest excrescere, dum
quolibet temporis momento gradū vnum
gloriæ, eumque infiniti pretij valet prome-
rerī? Hæc sanè ratio monet circumspectè
vigilare, ne breuissimo huius vitæ curricu-
lo non perituras cælo diuitias negligamus:
néve in hac vitâ quantumcumque breui,

con-

concessum tempus in aliud expendamus,
quām in eas rationes quibus illæ cælestes

Li. xi. Cōfess. c. 2. opes comparantur ; Augustini exemplo,
Possi. c. 24. qui in aliud nolebat defluere stillas temporum , quæ caro illi valebant ; in die laborans
Vitæ. & de nocte lucubrans, ut Possidius ait.

Vnde quemadmodum harum rerum cadi-
carum mercatoribus inest quædam insatiabilis cupidio , sic & Augustinum iusti-
tiae virtutumque ceterarum eximius amor
vehementer impellebat. Sic enim scribit

Serm. 17.

De verb.

Apost.

Lib. i. De

doct. Chr.

cap. 10.

Possid. c. 28

Tom. 6.

conc. cont.

Iud.

Lib. 5. De

civit. c. 17.

ipse : *Amanda iustitia est , & in istâ iustitiâ amanda gradus sunt proficientum* : quos vbi recensuit , subiungit : *O amare , ô ire , ô sibi perire , ô ad Deum peruenire* ; nimirum pietatis exercitiis : *nam ad eum qui ubique præsens est , non locis mouemur , sed studio & bonis moribus*. Excerpsit hoc fine de utro-
que Testamento sanctissimam vitæ Regu-
lam , atque inde codicem unum fecit ,
quem Speculum appellavit , ut in eo tam ipse quām ceteri veræ pietatis studiosi , vel-
ut in speculo contemplari possent , quan-
tum sibi de perfectionis seu virtutum om-
nium thesauro deesset : cui sic inuigilabat ,
vt duriter cubaret , ac interdiu nocteque
se fatigaret , attendens , *quanta contem-
plentur , quæ pertulerint , quas cupiditates
subegerint pro humanâ gloriâ , qui eam tam-*
quam

quam mercedem talium virtutum accipere
meruerunt. Subditque: Valeat nobis etiam
hoc ad opprimendam superbiam, ut cum illa
ciuitas, in qua nobis regnare promissum est,
tantum ab hac distet, quantum distat ce-
lum à terrâ, à temporali lœtitiâ vita æter-
na, ab inanibus laudibus solida gloria, à so-
cietate mortalium societas Angelorum; à lu-
mine solis & lunæ, lumen eius qui fecit so-
lem & lunam; nihil sibi magnum fecisse vi-
deantur tantæ patriæ ciues, si pro illâ adi-
piscendâ fecerint boni operis aliquid, vel
mala aliqua sustinuerint, cum illi pro hac
terrenâ iam adeptâ tanta fecerint, tanta
perpeſſi sint. Atque ideò nullum declina-
bat laborem in iuuandis hominibus, nul-
lam occasionem omittebat promouendi
rem diuinam, vbiique feruidus, vbiique
confilio & auxilio quoad posset, suble-
uans vnumquemque: nullum autem à se,
quemadmodum Romanus ille Imperator,
tristem rogatorem abire passus: in summâ,
quouis erat tempore Augustinus.

Suet.in Vi-
ta.
Bruf. lib. 3.
cap. 13. De-
Vespas.

C A-